



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 97. Sigismundus a Pontifice Rex Romanorum salutatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. gi auctor erat, ut Vintoniensi Episcopo
A. C. 1418. interdiceret, ne Cardinalis Legati prærogativa uteretur.

§. XCVII.

Sigismundus Romanorum Rex a Pontifice recognitus.

An. 1418. Primo die Anni MCCCCXVIII. Papa Missam solemnem ritu celebravit, & Benedictionem populo impertivit. Qua absoluta Imperator in gradus Altaris ascendit, & Papa Cardinalibus, ceterisque sedentibus Henricum de Ulm Consulem Constantiensem, ob præclara ejus in Synodus merita, Equitem creavit. Die sequenti vigesima quarta Januarii Papa generalem Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, omniumque Praetorium, Principum, & cunctorum Nobilium, habuit congregationem, ut Sigismundum solemniter tanquam Regem Romanorum agnosceret. Itaque Missa ab eodem Pontifice celebrata, & sermone per Episcopum Curiensem habitu, Sigismundus ante Papam genuflexus proculuit, qui eum legitimum Regem Romanorum coluit, declaravitque, se Auctoritate Apostolica, si qui in ejus electione intervenerint, omnes supplere defectus. Postea Cardinalibus Vivariensi, & Ursino auream tradidit coronam, quam illi Imper.

Imperatoris capiti imposuerunt, hic vero Sæcul. XV.
 Sedi Apostolicæ inviolabilem fidem jure- A.C. 1418.
 jurando promisit. Hac igitur solemnita-
 te ejusdem coronatio Aquisgrani facta
 confirmata est. Ante illa tempora Im-
 peratores nudum Regis Romanorum ti-
 tulum præferebant, donec Romæ coro-
 nati fuissent.

§. XCVIII.

Germanorum Libellus de reformatione.

Opportune, importune instabant Natio-
 nes, ut Pontifex promissæ reforma-
 tionis negotium aggrederetur; tanti enim
 momenti caussam diutius protrahi ægre-
 ferebant. Insuper Germani supplici li-
 bello petebant, ut octodecim articuli cir-
 ca reformationem in quarta Sessione pro-
 positi quamprimum decernerentur; qua
 in re stylo admodum moderato usi sunt
 Germani.

§. XCIX.

Idem a Gallis & Hispanis petitum.

Sua quoque studia in urgenda reforma-
 tione Germanis junxere Galli, ac Im-
 peratorem adeuntes enixe rogarunt, ut
 Papam ad insigne hoc opus feliciter per-
 ficiendum induceret, verum repulsam tu-
 lerunt, dicente Cæsare, se quoque eos
 rogasse, ut electioni Pontificis præmitte-
.m. 1418. 81 p. 200

A a 2 retur